



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

vj. De Temporibus ordinationum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

a c. ex parte. M. pulisset^a: at qui in cunabulis lectus est, licite promovetur^b.

b c. ex parte. B. eod. tit. Item criminibus grauibus notati non promouentur: qui tamen crimini occulto, homicidio excepto^c, illigatus est, ex his, quæ, si foret manifesta, deponendo etiam delinquenti satis essent, ordinibus acceptis vti potest, acta prius pœnitentiæ illi indictæ parte: quinimò nec à sublimioribus arceri debet: amice quidem erit monendus, vt illos ne velit ambire^d.

c. si. de temp. ordina. Illiteratus quoque non potest tonsuram primam capere. Nec cõiugatus, nisi volens religionem intrare, aut ad sacros ordines promoueri: pro vt est sacris Canonibus diffi-

d c. ex tenore. ubi Butr. de temp. ordi. nitum^e.

e. c. fin. de tēp. ord. in 6. Et cum in teneris annis non possit consilij, & morum maturitas vigere, quæ ante ætatem vt plurimum venire nõ solent, idcirco certa ætas in singulis ordinibus desideratur: nam primum ad infimum etiam ordinem nemo infans, id est, minor septem annis admittitur, nisi vt

f d. c. si. ubi gl. ner. infanti. religioni se deuoeat^f: ad quatuor autem alios ordines minores, vbi excessit infantiam, quis aspirare potest^g. At subdiaconus anno decimo octauo, Diaconus vice simo, presbyter quinto supra vice simum, Episcopus tricesimo quis potest esse^h.

g glo. de. ij. in fi. de. eta. et qual. et gl. in summa. 77. distim. h c. in singulis. 77. dist. d. de. sin.

ADE TEMPORIBVS ordinationum,

TITVLVS VI.

Certa præterea tempora statuta sunt, extra quæ nefas sit ordinibus quempiã aggregari: nam statis quatuor anni tempestatibus, quibus ab Ecclesia indicuntur ieiunia, & sabbato, quo Christi exurgentis pie colitur & celebratur memoria, item sabbato, quod diẽ dominicam, quæ de passione dicitur, præcedit, quæ media quadragesimæ hebdomada est, sacri ordines expleri possunt: alij diebus non possunt, nisi ab ipso summo Pontifice: nec consuetudine vlla hoc ius mutari potest^k: & supra dictis temporibus non obseruatis, qui cõtra hæc ad ordines fuerint recepti, ab illis tandiu reddi expertes debent, donec fuerint restitutionis gratiam consequuti, qui que eos admiserit, prohibetur alios deinceps ad hos ordines promouere^l. Nec minus tamen hoc modo recepti caractere cõpuncti erunt: prohibetur enim tantum, quæ eius sunt ordinis, exequi, quamvis intra ordinem sine^m. Minores autem ordines quibuslibet festis diebus vni, aut alteri conferri possuntⁿ. Eadem autem persona eodem die, vel duobus continuato ieiunio ad duos ordines sacros ascendere nequit: quinimò si quis aliquem eodem

i c. ordiniter. 75. dist.

k c. sanè. de temp. ordi.

l c. cum quãdam. c. sanè. c. literas. extra. eod.

m c. consultationi. extra. eo. Ab. d. c. eum quida. num. 5.

n c. de eo. extra. eod.

dem die ad plures sacros ordi-
nes admiserit, est tandiu ab ordi-
nandi potestate suspenden-
dus, donec gratiam meruerit
obtinere^a.

*a. dilectus. e-
xtra. co.*

Vidimus de ordinibus cleri-
corum, quique ad eos ordines
admittantur, quive admittendi
potestatem habeant, & quibus
temporibus: deinceps videndū
erit de officijs, & dignitatibus
eorum, quæ cum electione fre-
quenter conferantur, prius de
ipsa electione nobis differen-
dum est.

DE ELECTIONE,
TITVLVS VII.

Ordinarium est, vt non pos-
sit quis dignitate, aut mu-
nere aliquo præcipuo in
aliquo collegio eminere, nisi ab
ipso collegio ad id electus sit,
seu Episcopi, seu alterius Præfe-
ti nomen affectet^b. Quin-
imo & Põtifex ipse Romanus,
qui vniuersi orbis habenas mo-
deratur, Christi vicaria opera
fungens in terris, eò fastigij nõ,
nisi ex Cardinalium electione
assumitur: in qua celebranda,
quæ forma, vel solennitas exi-
gatur, disertè præscripsit Greg.
X. in generali concilio Lugdu-
nenli, & Clemens V. vnde petè
da est: nã hodie ferè seruat^c.
Verùm quia ipse Ro. Põtifex
eorū primam curam gerit, quæ
animarum salutem respiciunt,

b. c. p. extr. co.

*c. ubi pericu-
lum in 6. et
elem. ne Ro-
mani.*

A quibus dum intentus est, cõtin-
git non nunquã Ecclesiam infa-
nis perditorum hominum fu-
roribus & bellis vexari, quibus
vt forti manu obuiã iri possit,
Pastore ipso interim à diuinis
ministerijs non auocato, stre-
nuo atque impigro duce opus
erat, atque in Christianum no-
men propenso, cuius armis &
prudencia Ecclesiæ hostes com-
primi possent, atque ita eius du-
ctu, & auspicijs Ecclesia con-
quiescere: idcirco Imperator
Ro. creatur, quem hodie certi
Principes Germani eligunt, Pon-
tifex Rom. examine prævio ap-
probat, inungit, cõsecrat, ac de
mũ corona donat: aut, si eum tã
to culmine dignum non iudica-
rit, quia fortè eũ sacrilegũ, vel
excommunicatum, fatuum, vel
hæreticum, aut paganum inue-
nerit, reiiciendi etiam potesta-
tem habet, licet etiam concor-
dib. suffragijs electus esset. Sed
& cum illos segnes vider, qui-
bus deligendi Imperatoris po-
testas competit, potest summus
Pontifex eorũ incuria animad-
uersa, quæ in tantè molis nego-
cio omninò fugiẽda est, ipse ea
vice hoc eligèdi munere fungi:
aut, si paria electorũ suffragia di-
uersos petentiũ viderit, eius ar-
bitrio cõmittetur, quæ ex eis cõ-
secrare, & cõtrà donare volu-
erit^d. Sed de huius electione ali-
bi diffusè: noshic de illis electio-
nib, tractemus, q̄ cuiuis p̄fecto

*d. c. venerabi-
lem. extr. de
elect.*

